



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XX. Mandatum qualiter maritus negotium vxoris prosequatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

ipsius in caput, neque vlla quælibet persona, exinde habere pertimescat. Quod qui contra parem suum, vel contra alium quemcumque hominem, vllam repetitionem exinde facere conauerit, partibus illius contra cui litem intulerit sol. tantos componat, & sua repetitio nullum obtineat effectū; sed vnuis quis ex ipsis, per hunc libellum repudij eorum manibus roboratum, omnique tempore, quieti valeant residere.

X X. *M A N D A T U M Q V A L I-*
ter maritus negotium vxoris
prosequatur.

DVm & humana prodit vtilitas, & lex Romana exposcit, vt quicumq; vxoris sux negotium fuerit prosecutus, quamuis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei age- dum per mandatum illa commis-.

X iiiij

rit. Igitur ego in Dei nomine illa, filia illius, tibi dulcissimo iugali meo illi. Dum me simplicitas dominatur, quod minimè res vel causas meas valeo exercere, te in omnibus rebus vel causis meis, instituo dominum, procuratorem & auctorem: ita ut quicquid exinde egeris, gesseris fueratum, vel definitū a me in omnibus esse cognoscas, quia malo hoc habere te, quam me, plus te quam cæteros heredes meos. Et adhuc mihi inferere placuit, ut hoc mandatum ad ciuitatem illam, cum curia publica, ut mos est, gestis municipalibus facias alligari. Et ut nostra voluntas æuis temporibus firmius perduret, manu propria subterfirmaui, & bonorum virorum roborandum decreui.